V. Est quo sic *TT. Confessus* in ratione omnino evidenti fundatus. Quapropter ait Eximus D. Suarez de Triplici Virt. Th. p. 1. dub. 73. Sect. 4. n. 2. „Non secundum omnia Attributa Deus est fundamentum Fidei nostra, non enim creditur illi, quia Omnipotens est, nec etiam quia *Immensus* est, hoc enim per se non refert ad creditum, quia non ostendit veritatem in objecto credibili, & sic in aliis Attributis, ob hanc causam merito inquirentur Theologi, quodnam Attributum ex parte Dei sit propria ratio, ob quam illi adhibenda est Fides, & hoc est querere sub qua ratione *objectum Formale Fidei*. „ Hicque confituto-

J U S T I F I C A N S .

53

singulari opinamento Aureoli Deum scilicet sub ratione *Deitatis* esse objectum Formale Fidei concludit dicens: „vera tamen resolutio est has duas veritatis, seu perfectiones. *De* (sub ratione prima veritatis in cognoscendo, & dicendo) configit nostro modo intelligendi in Deo summam quandam *Autoritatem* in testificando, ratione cuius dignus est certissima & indubitate fidei, atque haec hanc *Dei Autoritatem* est obiectum Formale Fidei ec. Ad 1. Sententiam (unius scilicet *Aureoli* de *Deitate*, respondens *Deitatem* sub hoc tantum conceput non faris explicare rationem Formale objecti Formatis Fidei (add.) & malto minus *Speci, Charitatis, & Contritionis*) ec. „Et ratio est, quia quotiescumque Intellexus molter procedit ab hoc, vel illo divino Attributo (uti de facto ab illo semper procedit), feme in illud *Formaliter* non considerat, vel ad illud posse non adcedit, ipsiisque revera non proponit ex ea voluntati sic, ut ab illo tanquam Formali Motivo suorum Actuum morum. „

hoc, vel illud y. ejusmodi Attributum, ut ex se patet, nullo pacto potest esse Formale Motivum aliquius sui Actus.

VI. Quid non solum verum est in ordine ad productionem Actus Fidei, sed etiam ad *opus* *conformati*em, ut docet cit. Angelus. p. q. 103. ar. 6. dum hoc adserat de Attributis scientis dicens, „Manifestum est, quod cognitionis conclusio dependet ex omnibus *Mediis* procedentibus non solum quantum ad novam acquisitionem scientie, sed etiam quantum ad conscientiam ipsius conservationem. Cujus signum est, quod obliviceretur aliquod precedentium Medium, opinionem quidem, vel Fidem humaram, opinionem quidem, vel Fidem humaram de Conclusione posset habere, sed non scientiam (& a fortiori neque Fidem) ordinis causarum ignorato. „ Et 2. a. q. 5. ar. 5. iuratur air. „Sicut si aliquis tenet mente aliquam Conclusionem non cognoscens Medium illius demonstrationis, manifestum est, quod non haberet ejus scientiam, sed solum opinio-

D I S S E R T A T I O V .

Notantur aliqua circa Formulas Actuum Fidei, Spei, Charitatis & Contritionis, & Attritionis, per quas homo disponi posse ad Justificationem.

C A P U T I .

Non eo ipso quod aliquis *Actus Fidei* divina et Supernaturalia, vel quasdam aliigena Mysteria est *Explicitus*, est sufficient ad Justificationem adulti.

1. Probatur assumptum. *Actus Fidei Supernaturales*, per quos singuli Fideles dicentes v.g. *Credo omne, quod credit Ecclesia*; *vel Credo Deum esse, ut esse Creatorem, & Immensum, & quidquid credit C. Ecclesia*; *qua in Deus Infallibiliter bec omnia eidem relevant*; *Explicitus* credentur has tres veritates, & *Implicite* credentur alias, que immediatim concurredunt ad elecentiam *Supernaturalium* *Spei, Charitatis, & Contritionis* *Actum*, non eos habilitant ad concipientium *Supernaturalis* *Actus* harum virtutum.

II. Prob. hoc ant. Per hos, & similes *Actus Fidei* non magis, ut ex se patet, reminiscuntur *Fideles* *prædictorum* *Attributorum* *divinorum*, vel *adveniunt* ad ea, eorumdemque effectu, quam *reminstantur*, vel *adveniunt* v.g. ad *deperationem Caini*, vel ad *objurgationem* ab *Atha Balami domini* sua factam. Atqui per ejusmodi *Actus*, ut ipsa experientia *perfervit* relata, *prefatae* *deperationis*, & *objurgationis*, quamvis aequo *Impliciti* credite ac *Mysteria* ad *Justificationem* adulti immediatim concurredint, non ita proponuntur mentibus, & voluntatibus *iporum* *Fidelium*, ut ipsi aliqua peculia cognitione, ratione, affectione, aut adtentione erga hanc objurgationem, & desperationem adficiantur. Ergo per hos, & similes *Actus Fidei* summa *Dei Anabilitas, Fidelitas, ac Remunratio* (& idem dicitur de aliis) non proponuntur mentibus, & voluntatibus ita, ut ipsi aliqua peculia cognitione, ratione, affectione, adtentione, vel adtentione erga ejusmodi divina *Attributa*, eorumque effectus adficiantur. Nam alter *Hebrei*, & *Mahometani*, qui credunt *verum Deum*, credentur, ut credenda est, Tri-

nua.

vitatem Personarum; & Sabelliani injuste ejicentur ab Ecclesia tangunt Hæc negantur. Trinitatem, cum ceteroquin Deum, qui in se Trinus in Personis est, confitetur.

III. Quod totum ecclasiificare probatur. 1. Ex allegata confit. *Etsi minime nobis, ubi Benedictus XIV. declarat quod „Non satius ad celestem Beatitudinem afferendam confundit, & involute credere a Deo revelata, & ab Ecclesiæ Cat. proposita mysteria. „* 2. Ex damnata Prop. a Gregorio XI. que legitur in *Dilectio Iniqui. p. 2. q. 10. icl. „Lascivus non tentum ad aliquem Fidei Articulum expressè credendum, sed sufficit isti conclusio in genere, quod credat omnis illud, quod credit S. Mater Ecclesiæ Dei. „* Et ex Prop. 22. Dam. ab Innoc. XI. „Non nisi Fidelius unius Dei necessaria videtur necessitate Medi, non autem Expressio Remuneratoris. „ Et tandem ex Confessio TT. ut illud Apostoli ad Hebr. 2. apud Ferrarium V. Fides. n. 21. dicentes. *Fides Explicata de Expressione vestri Dei, & quod si sit iustus Remunerator decens, praesia justitiae, & improbus supplicia omnibus adulis uitium rationis habentibus, & necessaria ad salutem necessitate Medi est communis, & definiatur ex verbis Apostoli ad Hebr. 11. Sit Fides impossibile ex placere Deo, credere. Imponeretur ad Deum, quia q. 19. et inquirerentibus se Remunerator fit, &c. An autem Mysterium Sacramentum Trinitatis, & Incarnationis D. N. J. Christi fit Explicite credendum necessitate Medi varie sunt sententiae. „*

III. „Ergo (infest quidam) secundum te non sufficiat Fidei credere existentiam Dei Fidei Explicata, & alia Mysteria, & veritates ad Justificationem immediaten concurrentia. Fide Implicata, associata quidem illis, certissimis notitiis, ac scientia horum Mysteriorum nobis resoluta ab Actibus Fidei de ceterum olim a nobis elicitis, vel a Metaphysica Connexione, quam credentes Deum esse, eo ipso per Naturalem concessionem scimus enim utpote ens perfectissimum esse. *Anabilissimum, Fidelissimum, Veritacissimum, Misericordissimum, Providentissimum, Remuneratorem bonorum, & malorum, &c. Resp. Concedendo totum, quidquid in contrarium semitheologi multatire velut. Cum t. ut ex n. 1. & 3. huius c. oftenimus est, nulla Fides Implicata suppleret Fidem Explicatam ad hunc effectum necessitate Medi requiri. 2. de Fide sit nullam notitiam, vel scientiam Naturalem ex metaphysica Connexione, vel ex Fide divina Acquisita, provenientem sufficere ad intentum. Alter Philosophus Ethicus, qui Naturali lumine fecit Deum esse unum, consequeretur eum esse perfectissimum, ac amabilissimum in se, & fiarum creaturarum. maxime rationalium prouidentissimum remuneratorem posse, illum amare non solum amore Naturali, sed etiam Supernaturali, ut opere, & justificari, & sine Fide in placere Deo, & ad filiorum ejus, confir-*

um pervertere contra Apostoli, & Tridentini doctrinam.

V. Sicut igitur ad Justificationem non sufficit Fides Implicata omnium illarum veritatum, & nec saltem sufficit Fides Explicata Dei remuneratoris cum Implicata de Deo Existente habita per Actum: *Credo Deum esse Remuneratorem, & omne, quod credit Ecclesiæ Cat. vel viceversa non sufficit Fides Explicata Dei Expressio cum Fide Implicata Di Remuneratoris habita per Actum Fidei: Credo Deum esse Expressum, & omne, quod credit C. Ecclesiæ, quia ea Sed absolute uti definitum est necessitate Medi requiri Fides Explicata cum Dei Expressione, tum infuper Dei Remuneratoris, ita etiam ad eandem Justificationem non sufficit praedita Fides Explicata Dei Expressio, & Remuneratoris cum Implicata Dei v. g. Amabilissimi, Fidelissimi, Justificatori per Christum, aliorumque de quorum Supernaturali Fidei pendent Actus Spei, Charitatis, Contritionis &c. Sed absolute necessitate Medi requiri Fides Explicata cum harum, tum illarum veritatum. Cum nullam unquam adserenda sit sufficiens disparitas. Hinc merito P. Antonius Th. Spec. de Fide scit. 2. n. 3. ait: „Ad Fidem non sufficit quod veritas divina solo lumine Naturali certo, & evidentem cognoscatur per argumenta Naturalia, quibus certo, & evidenter cognoscimus Deum esse ens summe perfectum; idque summe sapientem, & bonum, prouinde regnatum, & beatitudinem, ut veritas divina altiori modo quam per scientificum Naturale cognoscatur, aliisque adhuc eamus. (per Actum Fidei Explicativa de ea) auxilio, gratia elevantis, & adiuvante Intellectum ad apprehendendum, sicut operis, sumnum bonitatem, & sapientiam Dei revealantis. Qued torum, ut ex se pare, ac quo militat in Fidelitate, Amabilitate, Misericordia, Justitia divinis ec. „Et certe si conclusio, seu affectus aliquis veritatis deducatur ex duabus premissis creditus per Actum Fidei divine Supernaturalis non est Actus Fidei divine Supernaturalis, sed tantum alterius Theologicas Naturales, cur erit Actus Fidei divine Supernaturalis, & non potius scientificus Naturales affectus a Fidei praefatis v. g. divina Amabilitate per Actum Fidei divine Supernaturalis, quo creditur Deum esse? Et quomodo poterit ipsa Amabilitas divina voluntati profutura per Actum mere Naturalem alliceret ad amorem, Dei Supernaturalis?*

VI. Neque per id, quod Apostolus hic expressis his duabus, prædictis videtur ab aliis veritibus, eas excludit iuxta regulam TT. in de Gratia p. 3. l. 8. cap. 21. num. 13. ab Eximio. D. allatam, videlicet: *Hujusmodi affirmaciones, que in Scriptura absolute prouferuntur posita una conditione necessaria, non excludunt reliquias, sed potius iste semper habent intelliguntur. „* Cum I. ad credendum has ipsas dum necesse sit credere etiam eundem Infallibiliter in dicendo, & Fidelem, in promovendo, &

præterea eum revera per S. C. R. Ecclesiæ fiducia revelata, & promissio omne id, quod nobis (ad Supernaturalem gratia ordinem nos elevando) benigne revelat, ac promisit. Unde P. Pichler, in Th. Polémica p. 1. in Prologon. num. 4. recte ait: „Ex omnibus autem revelatis principaliſtimum Objectum, quod credi debet, est ipse Deus, Specialetum quod Ecclias, & Remunerator fit. Hebr. 11. Objectum Formale, seu Motivum est Deus summe verax, & revelans, adeoque duo includit: 1. Veritatem Dei infinitam, dum neque Deus apprehenditur ut infallibilis in cognoscendo, & loquendo, ita ut necesse sit, nec fallere possit. 2. Revolutionis &c. Nam Authoritas, seu veritas Dei nuda spectata non potest nobis effe ratio, & Motivum sufficiens ad credendum hoc potius quam illud &c. „ Et cum 2. Plures TT. cum D. Thomas ex doctrina ejusdem Apostoli probent quod etiam ad Justificationem post Evangelii promulgationem requiri Fides Explicata Trinitatis, & Incarnationis. Verum enim vero, ut ut res se coram Deo habeat, veritimum est maxime post condemnationem Prop. Non est illicitum in Sacramentis confundens &c. nos esse in certissima gravi necessitate ac obligatione credendi. Fide divina Explicata in certo casu omnia illa Mysteria & veritates, quae DD. probabiliter nos docent esse necessariae necessitate Medi ad nos reddendos habiles ad concipiendum Supernaturalem Actus Spei, Contritionis, vel Attritionis. Quis propter hoc ex precipiti divinis gravissimis non expoundi tam Sacramenta propria militantis; ponendi enim id, quod prudenter credimus necessitate Medi necessarium ad revera obtinendum nostram eternam salutem. Unde inferit quantum pericula obtrudantur imperitis Formulis horum Actuum vel certe deficientes, vel dubia sufficiencia, obtereo, quod hec contineant principalia Mysteria Fidei. Perinde ac si per id quod sunt, vel non sibi principalia ad Justificationem concurserent debeat.

C A P U T H.

Notantur que sentiant TT. circa Formalia Spei, Charitatis, Contritionis & Attritionis Motiva.

I. ET quidem circa Motivum Spei Reichenstiel de Spe q. 1. cap. 4. num 6. ait, Objectum Formale Spei Theologica est ipsam Bonitatem Dei, quatenus nobis bona est. Ita Doctor Subtilis 2. dist. 2. quest. 1. Tannerus sit. 3. etiam D. Thomam, Suarez, & alios. Quamvis nonnulli differenti, & præferunt illi, qui sentent, quod Objectum Formale Spei, seu Mo-

tivum sperandi sit summa & infinita Deli præmitis Fidelitas, qui quod promisit, potest præstat, quia Omnipotens est, vult præstare, quia Bonitatem est, & certissime præstitus est, quia Fidelissimus est. „ Quod confirmat P. Lacroix lib. 1. num. 220. dicens: „Cum Spes includit duos Actus, unum desiderii, alterum confidens, ideo habet duplex Motivum; nam Motivum respectu desiderii est Bonitas Dei in quantum illa nos potest in eternum reddere beatam; Motivum autem respectu confidens sunt perfectiones (Fidelitas, filii Omnipotenti, & Misericordia) Dei, qui propter Merita Christi nobis eam beatitudinem promisit, si faciamus, quod in nobis est“.

II. Circa Motivum Charitatis, & Contritionis periclit, dum Theologum cum D. Thoma nos docent, quod Motivum Charitatis, & Contritionis est divina Bonitas per se Amabilissima, non intelligent, nec nobis significare volunt, ut plures perperam putant, per illud vocabulum solum divinam Bonitatem, ut est quoddam Speciale Attributum ab aliis distinctum, ac importans summam perfectionem in operando, cum hoc modo illa non sit adequata ratio dilectionis, ut animadvertis P. Suarez tr. de Charitate disp. 1. fact. 2. num. 7. & seqq. sed nobis significare volum divinam Bonitatem uti cumulum intitulum omnis generis perfectionum, sive, ut ait idem D. Eximius „Ab solutam perfectionem in omni genere excellente, sive ab solutam excellentiam in omni genere perfectionis. Et hoc modo, ait, est ratio Formalis Charitatis propria, & Specialis &c.“

Ulterius circa Supernaturalitatem ejusmodi Motivis facili divines Bonitatis additie hic gravissimum TT. dicens: „Homo ex Naturali inclinatione fertur in Deum, ut est quoddam bonum Naturale summe amabile: huic autem inclinationi additur per Charitatem alia superioris ordinis &c. Nam licet quidquid est in Deo supererit omnem Naturam cretam, & sic possit dicta Supernaturalis, tamen Deus sub quadam ratione habet necessariam connexionem cum Naturam hominum sub ratione proportionata Principi, & Fini, & hoc modo dicitur bonum Naturale, sed accommodatum Naturæ, & tamen ultra hoc est in Deo infinita quedam bonitas Specificalis, quia cum Natura hominis ut sic nullam habet connexionem, quia ut sic nihil communicat illi Naturæ, neque est Principium ejus, & hoc modo Deus est bonum supererit omnem Naturam. Deus igitur aliam conjunctiōnem, & communicationem habet cum Natura, ut tantum dat illi esse Supernaturalis, aliam vero, ut dar illi esse Supernaturalis, & propriam participationem sua Beatitudinis, secundum diuersas rationes habet diversam rationem Objecti“.

III. Circa perfectionem Amoris, Charitatis, & Contritionis P. Antonius tr. de Charit. p. 2. cap. 2. num. 2. ait cum ceteris TT. „De-

56
bet esse appetitiva summus in adiustione, ita ut Deum plus amemus, quam nos ipsos, & Creaturas omnes, malimque privari omni bono creto, & pati quodvis malum, quam Deum offendere saltem graviter. Constat. Ex PP. ac TT. & toto Ecclesie contentu. 1. Ex his verbis praecepti, Ex toto corde, & in tota anima tua, & in tota mente &c. 2. Quia hunc amorem exigit summa ac infinita excellencia bonitas divinae &c. Amor Dei praeceptus debet esse efficax & universalis in suis effectibus, hoc est debet ita voluntatem afficer, ac dispone, ut temper fit para ad obseruanda omnia praecepta, & evitandum omnne peccatum saltem mortale. Nam amor iesi non est solum complacenie de divinitate perfectioribus, sed fit etiam amor fui affectus voluntatis efficax, efficaciter movens ad facienda ea, quae Deo placent, & ipse existat saltem graviter, & ad vitanda ea, que ei diflicunt: amor enim, qui praecepitur, est amor ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, ut habetur Deuter. 9. qui sane amor efficiacissimum.

IV. Circa formationem hujus amoris lib. 2. num. 152. nota P. Lacroix. Quid haec amor dei perfetus non excludat imperfectum, sed ab hoc incipiat, & ab eodem committetur adiuvetur: hinc modus ille (ceteroquin imperfectum plausibilis) eliciendi amorem Dei: Non amo te, o Deus, quia me creasti, quia ex misericordia tua dare, sed puro iudeo, quia es propter te infinitus dignus amari: ordinari non est suadendum, sed potius elicere debet: Amo te, o Deus, quia me creasti, quia viem huius celum dare, sed magis iudeo, quia tu ipse propter te ex omni amore dignus &c. Et iesi etiam Iunco. XI. inter Prop. Episc. Camerac per quae videtur spei excludi a perfecto amore, damnificare etiam leg. 1. Datur Habituallis Status amoris Dei, qui est charitatis pura, & sine illa administratione Motivis proprii interest. Et in statu vita Contemplativa, post sanitatis amicitiam omne Motivum interest, tunc simoris, & Spei &c. Circa hunc ipsum notari potest tandem illud Augustini lib. 10. de Trinit. cap. 1. feli. 3. Cujus rei adipicenda Spei quinque non gerit, aut repete amat, aut omnino non amat, quamvis quam pulchra sit, videat. Et illud etiam Div. Thosme 1. 2. quest. 43. art. 7. Postquam ab ipso (a quo, at, spectamus mala) jam incipiunt sperari bona, tunc incipit amari &c. Ex hoc enim quod per aliquem speramus nobis posse provenire bona, movemus in ipsum, sicut in bonum nostrum, & sic incipimus ipsum amare. Et 2. 2. quest. 26. artic. 1. Quod unicus erit Deus tota ratio diligendi eo, quod Deus est totum hominis bonum. Dato enim per impossibile, quod Deus non esset hominis bonum, non esset ratio diligendi. Unde fortior sequitur quod, ut ait P. Voit, A-

quod Gregorius dixit in Pastorali: Sic laudanda sunt bona summa, ne desificantur ultima: Sic nutrita sunt bona ultima, ne dum sufficientia creduntur, nequam tendatur ad summam. Ubi Sapientissimus ac prudentissimus Magister probate non videtur inconfutabil agerdi rationem tum ilorum, qui perfectam Contritionem commendant, ita eam extollunt, ut Penitentes diffidant a conatu elicendi etiam Attritionem, tum corum, qui e contra ita Attritionem inculcant, ut coldem a diligentia consandi etiam aque etiam ad perfectam Contritionem retrahere videantur, perinde ac tatus, confutisque non sit Penitentes ad Sacramentaliter Abolutionem per iteratos utrunque doloris Actus disponi: Ex qua permisio finita agendi ratione provenit, ut a pluribus nunquam vere eliciantur neque nobilioris Contritionis, neque saltem minus nobilis Attritionis Actus. Dum miserandi Penitentes si instruti se eum nulla ratione elicere velle protestantur illo: Non ma penitit ex offendo ob timorem inferni &c. Neque illum (Contritionis fel. Actum) dum necifariam, operofamque cooperationem, & competentes conatus non adponant, ut ab ipsis concipiatur Actus ille, qui quo nobilior est, eo rarius ac difficulter, ut operes concepir, proinde infelices, dum nunquam justificantur, ad inferna misere deunduntur.

C A P U T III.

Quanam Objecta debentur Explicite ac Formulariter credi in ordine ad postea concipendum Supernaturalem Specm, Charitatem, Contritionem, & Attritionem.

I. P. Lacrofus lib. 2. num. 18. ad quod firmum, An, & quorum Objectorum Fides Explicata requiriatur ad Jusificationem? Respondet: Non potest ita facili deservi: Attamen tum ibi, tum in antec. num. 17. (ad quem mituit Lectorem) & n. 19. probat rationibus, & auctoritate multorum DD. quod requiritur Fides Explicata de leg. Mysteriis, que enumerat num. 3. dicens: 1. Deum est, qui gubernat omnia. 2. Deum esse remuneratrem honorum & punitorum malorum. 3. Animas illas immortales. 4. Gratian est, ne cesseriam ad salutem. 5. Deum esse Unum in effectu, & Trinum in personis, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. 6. Secundum Performatum, que dicitur Christus, esse pro nobis factum Hominem, & pacificum. 7. Christi gloriam nobis conferri per Sacramenta ab ipso instituta. 8. Deum esse infinite sapientem, & veracem, id eoque non posse in eo, quod dicit, falli, aut fallere; item promisum nobis aeternam Beatiitudinem, ac Media ad illam obtinendam necessaria, & esse infinite fidem, ac potenter servare sua promissa. Item esse infinite bonum propter se dignum amari, & nou-

offendi. 9. Deum esse finem ultimum rerum omnium. 10. Et num. 152. ex hisdem Objectis composuit Formulam Actus Fidei, sicut per id tempus ex iisdem fere sua coordinavit P. Antonius in Th. Mor. de Fide c. 2. q. 4.

II. Hisce contradicit quidam Adversarius, Amicus tamen meus dicens, In symbolo Apostolorum coniunctus quidquid necessario credendum est Explicite ad Jusificationem adulterii. Atqui multa ex istis Objectis in ipso non continentur Explicite. Ergo ad Jusificationem adulterii non est necesse ea credere Explicite, ut volunt PP. Lacrofus, & Antonius cum illis AA. Verum enim vero facile respondemus neg. majorum cum sapientissimi Cardinalium de Lugo, & Benedicto Papa XIV. Quorum primus distin. 13. de Fide Sect. 4. n. 64. ait, In symbolo ea potissimum dicunt (Doctores) poterit esse, quorum Fides magis intendebatur propter notitiam, quam propter debitum operandum; ea autem que proper noctiam Christianae doctrine quasi intellectuelles desiderabantur, continentur, quantum sufficit, in dicto symbolo. Nempe Unitas Dei, & Omnipotentia &c. Et cap. 6. n. 161. addit. Infexur ex eodem divino precepto provenire obligationem sciendi, & credendi Explicite non solum ea, que in symbolo continentur, sed etiam Baptismum, Sacramentum Penitentiae, Decalogum, &c. que sunt aliae. Et secundus in de Festis D. N. I. Christi lib. 1. c. 8. n. 7. inquit, Si animadvertemus non omnes Fidei Articulos in symbolo Parres voluisse concipere, sed vel potiores, vel eos, de quibus per ea tempora aliquia est corcta controversia. Fallim ergo est quod illa in nostro casu non sint Explicite credenda ex eo sensu, quod non continentur in symbolo.

III. Merito igitur P. Lacroix in primis lib. 6. p. 2. num. 1289. ait, Ante omnia tenentur Confessarii omnes accuratissime scire in primis, quomodo ex propriis Motivis elicendi sunt Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis; debent enim sapientissime praetere in illos Actus. Secundum lib. 2. num. 19. inquit, Quidam animarum Curatores hic partum operi ponunt, & parant facta esse, si interrogaverint, Numquid credis omnia &c. Alii putant se multum facili, si Mysteria credenda ordine proponerint, & verbo addiderint, Nunquid hoc credis, quia Deus dicit? Rudes sic instruti nunquam credent, licet milles dicant, credo, & insuper recitent omnia symbola Fidei. Et tandem cit. lib. num. 26. concludit dicens, Ex haec dicitis infernorum sequentia: 1. Quam gravis est obligatio illorum, qui curam Animalium habent, ut fibi commissos bene intruant in Fide, upore a qua veluti a Principio primo pendent &c. 2. Quam prudenter etiam faciant ali, qui sine obligatione regunt animalia, si modum exercendi virtutes Theologicas bene edocant, earumque exercitum frequenter comendent, longe plus proderit per medium quam

FIDES
dantem Actus Fidei, Spei, & Charitatis eli-
cuise, quam per dies multos se affixisse cito-
vel ieiunis, aut vacafe alii suis devotissimis
3. Quam quicque pro se sollicitus esse debet,
ut in his quoque frequenter se occupet partim,
ut affuecat, &c. partim quia sunt regula-
la anima, & parviorum pro vita eterna“
Quam quidem sollicitudinem iterantib[us] septim in
die Actus Formales ac explicitos Fidei nobis
emphaticae inculcat D. Augustinus serm. 58.
alias hom. 42. de symb. dicens: „Ne dicas,
dixi hodie . . . sine divina tua (ejusmodi)
Actum Fidei repetitiones, sicut quotidiana ista
quodammodo indumentis mentis tuae. Nunquid
non furgis, velis te? Sic etiam commemorando
symbolum tuum, vesti animam tuam, ne forte
eam demeder oblitio, & remanes nudus . . .
ipsa Fide & tunica est, & lorica“.

CAPUT IV.

Preponuntur tandem formulae selectiones, & in
ordine ad *Justificationem* tuorum tum *A-
ctuum Fidei*, & *Spei ad Contritionem*, &
Charitatis, tum etiam *Charitatis Iesu*
tum maxime *Contritionis*, & *Attritionis ad
Absolutionem* premittendorum.

Actus Fidei.

1. Deus meus, quia Tu, qui es Infallibilis
veritas falli, & fallere nesciit per S. C. R.
Ecclesiastam a Te, ne errer, edocam his nobis
credenda propo, ego firmissime credo, quod
Tu ab eterno exiisti, & quod non redirebis
in eternum conservabis. Credo quod sis bono-
rum eternarum Beatitudine remunerabis, & malo-
rum eternis penit punitor. Credo quod Tu
propter infinitas tuas perfectiones es in Te ipso
Amabilissimus, & utpote nostra Supernatu-
ralis Beatus in nobis Deffidelissimus, quod
fis Unus Deus in Tribus Personis distinguis, Pa-
ter, Filius, & Spiritus S. Et quod fisi pro nobis
ex Maria Virgine Homo factus mortuus sit, & resur-
rexit, siue in celo, & in Sanctissima Eucharistia;
Et quod per eum Merita, & tuam infinitam
Misericordiam omnibus, qui tua Gratia adjuti
fecerint, quod in ipsis et, promiseris Beatitudi-
nem aeternam, peccatorum veniam, ac Me-
dia ad hac obtinenda necessaria; & quod tuam
Gratiam communiques cuicunque Sacraente
digne suscipias. Credo quod sis Fidelissimus, Po-
tentissimus, & Misericordissimus, ut stes pro

misi, & Sapientissimus ac Veracissimus, pro-
indeque summa autoritatis, & quod idem S.
Ecclesie hoc, aliaque, que ipsa nobis credenda
propogit, revelaveris. Ideo ea omnia iterum
aque iterum firmissime credo.

Actus Spei.

II. Deus meus, quia Tu es meum sumnum
Bonum desiderabilissimum ac unica Beatus, ego
Te vehementer in cœlesti gloria fruendum desi-
dero. Et infuper firmiter spero infirmum cum
vania peccatorum meorum, ac Medis ad hac
obtinenda necessaria, me hanc ipsam cœlestem
gloriam a Te confecutorum esse; quia Tu, qui
es Potensissimus, Misericordissimus, ac in pro-
missis, ut hac nobis praestes, Fidelissimus,
hunc omnia per Merita Filii qui, & tuam Mi-
sericordiam promisisti illis, qui tua gratia adju-
ti fecerint, quod in ipsi est, ut ego eadem
adjuvus facere propono.

Actus Charitatis.

III. Deus meus, quia Tu sic me amas,
ut me creaveris, redemeris, ac innumeris
alii beneficiis cumulaveris, & maxime,
immo unice, quia Tu propter infinitas tuas
perfectiones es Amabilissimus, ego Tu ex toto
corde meo super omnia diligo, & ob tuam amorem
amo etiam Proximum meum, sicut me ipsi-
sum.

Actus Contritionis.

IV. Deus meus, quia Tu propter infinitas tuas
perfectiones es Amabilissimus, ego Tu ex toto
corde meo super omnia diligo, & ideo me ve-
hementer penite peccatorum meorum, quibus
Te offendit, firmissime proponens tua gratia ad-
juvus me amplius Te non offensurum.

Actus Attritionis, & Contritionis.

V. Deus meus, me vehementer penite Te
offendit totus meus peccatis tum ob timorem
eternorum suppliciorum, que merui, tum ob
peccati turpitudinem, & eternam Beatitudinis
misericordiam omnis, qui tua Gratia adjuti
fecerint, quod in ipsis et, promiseris Beatitudi-
nem aeternam, peccatorum veniam, ac Me-
dia ad hac obtinenda necessaria; & quod tuam
Gratiam communiques cuicunque Sacraente
digne suscipias. Credo quod sis Fidelissimus, Po-
tentissimus, & Misericordissimus, ut stes pro

TR A

TRACTATUS II.**PENITENTIA JUSTIFICANS.**

Quæritur: Urum fit prudenter existimanda sufficiens ad Sacramentalem Absolutionem Pan-
tentia illa, que consistit in elicendo unum Doloris Actum (quod vulgo dicitur facere
Actum Contritionis) id est, in ponendo sententia, vel iterum aliquem conatum ad elicen-
dam ejusmodi Actum?

DISSERTATIO I.

Affertur *Auctoritas*, que nos dubitare facit: An Penitentis ponens unice vel sere unice
unum, vel duos conatus ad concipiendum Contritionem profundens sit habere
sufficiens dolorem ad Sacramentale Absolutionem.

CAPUT PRIMUM.

*Auctoritas Scripturarum, Patrum, Tridentini,
& Catechismi Romani.*

I. **S**criptura, dum nos ad peccatorum pe-
nitendum adhortantur, ajunt Deuter.
cap. 2. „Cum quiesceris Dominum, invenies eum, & tam raro corde
quæsieris eum, & raro tribulatione anime tue“.
Hæc cap. 26. „Sicut que concepit, cum ap-
propinquaverit ad partum, dolens clamans in
doloribus suis sic facti fumus (per Penitentie-
tiam explicit Angelicus 3. par. quasi 85. art.
5.) concepimus, & quasi parturivimus, &
peperimus spiritum salutis (id est, Penitente-
Salutaris, ut per præmissa pater, adjungit ibi-
dem S. Doctor). Et cap. 59. pergit Propheta
dicere: „Rugientes quasi urinantes, & quasi co-
lumbes mediantes genemus“ Jer. c. 6 & 31..
Lucum Unigeniti fæsi planctum animum. Po-
nebit tibi amaritudines, & dirige cor tuum in viam
rectam“ Mich. cap. 4. Dole, & fatigare, Fi-
lii Sion, quasi parturiens. „Ezech. cap. 18.
Facite vobis cor novum, & spiritum novum“
Joel. c. 2. „Convertimini ad me in toto cor-
de vestro, in jejunio, & in fetu, & in plan-
tu, & scindite corda vestra“ Pifal. 79.
Cibis nos pane lacrymarum, & porumda-
bis nobis in lacrymis, in mensura“. Eccle-
siast. cap. 4. „Pro justitia agouizare pro ani-
ma tua, & nique ad mortem certa pro justi-
tia“. Matth. cap. 7. „Quam angusta por-

(1) Angustia porta, Penitentia est, inter-
pretur dol. P. Barradin.

(2) In Graeco pro contendit legitur, εργον, &
quod sicut interpretatur A Lapis unit dic.

re, Agonizate, & quasi in agone, & ago-
nia contendite, extremas, summaque vires
victimi agonizantes exerceit.“